

zu dem Domkapitel, die Errichtung einer Schule für Chorknaben, die Pfarrechte und das Einkommen der Afrakirche unter Zusicherung des Schutzes der Stiftung durch den Landesherrn Markgraf Dietrich.

91.

- 5 Bischof Bertold von Naumburg urkundet, daß er das Dorf Tribune (Flemmingen) dem Kloster Pforte übergeben habe, indem Ritter Albert von Tribune dieses Dorf in die Hände Bertolds von Bobeluz und letzterer in die Hände des Markgrafen Dietrich, der Markgraf aber in seine Hände offengelassen, wogegen die Klosterbrüder zu vollständiger Loslösung des Dorfes eine Geldsumme von c. 700 Mark gegeben und außerdem der naumburger Kirche die Besitzungen in Steinbach, Stockheim
10 und Dumernich wieder zugestellt haben, welche dann der Markgraf von Meissen und Albert von dem Markgrafen lehnweise bekommen hat. Vergl. No. 84. 1205 [Januar—September].

Hdschr.: 1. Or. Perg. Bibliothek der Landesschule Pforta (A). Das S. herausgeschnitten. 2. Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 146. Das wohlerhaltene S. des Bischofs an weiß-grün-roth-braunen Seidenfäden = Lepsius, Bisch. v. Naumburg. Taf. V. 7. In Kopie: Diplom. Portense (Saec. XIII) fol. 33^b und Transsumptbuch (Saec. XVI) fol. 101, Bibliothek der Landesschule Pforte.

15

Gedr.: Böhme, Urkundenb. des Kl. Pforte 78.

Anm.: Portenser Hand. Vergl. Posse, Lehre von den Privatürk. 19.

C. :In nomine sancte et individue trinitatis.: Bertoldus II.^a) divina favente clementia Nuwenburgensis episcopus. Manifesta ratione simul et auctoritate cunctis liquet, quod et
20 nos et omnes, quos pastoralis regimine constituit dominus super familiam suam, non solum in spiritalibus, verum etiam in temporalibus servorum dei sub nostra cura degentium utilitatibus et commodis debeamus prospicere et in omnibus causis et negociis eorum autentica patrum et antecessorum nostrorum instituta, quibus contraire impium est, inviolabiliter custodire. Unde nos ex privilegiis a predecessoribus nostris Portensi ecclesie
25 collatis intelleximus, quod ecclesia nostra velut^b) hereditario ad nos iure transmisit, ut tam nos quam omnes huius sedis successores de consensu capituli nostri^c) concambium illud, quod ab antiquo inter nostram et Portensem ecclesiam super bonis in Zmölne factum est, congruo supplemento eidem Portensi ecclesie de possessionibus episcopatus modis, quibus possumus, recompensemus^d). Cuius rei ut nos aliquam exequeremur portionem, villam,
30 quę dicitur Tribün, quę per manus plurium laicorum feudali iure a nostra fuit ecclesia elongata et de qua fratres Portenses quam plura^e) sustinuerunt gravamina, cum consensu fratrum nostrorum Nuwenburgensium canonicorum^f) prenominate Portensi ecclesie sub titulo et restitutione concambii cum omnibus attinentiis suis contradidimus, Alberto milite de Tribün eandem villam in manus Bertoldi de Bobeluz et Bertoldo in manus marchionis
35 Theoderici et marchione in manus nostras cum omni iure, quod in ea habuerant, resignantibus nobisque et ante et post reditum nostrum a curia Romana super altare beate Marie in Porta in perpetuam proprietatem liberam eam et absolutam offerentibus, Cunrado

91. a) secundus B. b) velud. c) de—nostri fehlt B. d) recompensemus B. e) plura sepius B. f) cum—canonicorum fehlt B.